



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

In iudicio sex erunt timenda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

In iudicio sex erunt timenda.

Immensa tribulatio. *Mat. 24.* Erit tribulatio tunc, qualis nunquam fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet. *Isa.* Ecce dies domini ueniet crudelis, indignationis plenus, &c. Et *Gregorius.* O quàm angustæ erunt undique reprobis uie, superius erit iudex iratus, subtus horrendum chaos inferni, à dextris peccata accusantia, à sinistris demonia infinita ad supplicium trahentia; intus conscientia urens, foris mundus ardens. miser peccator sic deprehensus quò fugiet? latere erit impossibile, apparere intolerabile. Vnde *Apoc. 6.* Tunc dicent montibus, & petris cadite super nos, & abscondite nos ab ira agni. Vnde *P. Augustinus.* Mallent reprobi omne tormentum sustinere, quàm faciem iudicis irati uidere. *Apo. 9.* In diebus illis quærent homines mortem & nõ inuenient, & desiderabunt mori, & mors fugiet ab eis, &c. Malorum à bonis segregatio. *Mat.* Cum uenerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis sue, & congregabuntur ante eum omnes gentes, &

M

Mat. 24

Isa. 13.

Grego.

Apoc. 6

Auguf.

A poc. 9

Mat. 25

CHRISTIANA

separabit eos ab inuicem, sicut pastor
separat oves ab hœdis, & statuet oves
quidem à dextris, & hœdos à sinistris.

Eccle. 9 &c. Peccatorum denudatio. Ecclesiast.

In fine hominis denudatio operum

Isa. 48. illius, &c. Isa. Reuelabitur ignominia
tua & uidebitur opprobrium tuum. Sc.

Naui. 3. Et Naui. Reuelabo pudêda tua in facie

Eze. 16. tuâ &c. Et Eze. Nudabo ignominiam
tuâ, & uidebunt homines turpitudinē

Ro. 14. tuâ, &c. Operum examinatio. Ro. os
stabitur ante tribunal Christi, ut re-

ferat unusquisque prout gessit in cor-

pore suo siue bonum siue malum. Sc.

Et non solum mala examinabuntur,
sed etiam quæ iusta nobis esse uidentur.

Pfal. 74 Vnde Psal. Cum accepero tempus
Sap. 6. ego iustitias iudicabo &c. Et Sap. 6. ap-

se cogitationes nostras scrutabitur. Vnde

Bernar. de Ber. Ibi ueritas scrutatur intentiones,
& secretissimos recessus mentium

Mat. 12 diuinus ille inuestigat intuentis. Sc. Verba ociosa
Matt. De omni uerbo otioso, quod locuti fuistis reddetis rationem
in die iudicij. Et etiam tempus

Bern. impensum requiretur qualiter à te fuerit
expensum, & sicut capillus non

Mat. 25 peribit de capite, sic nec momentum
de tempore. Æternæ sententiæ definitio, quâdo dicet, ite maledicti in ignem
æternum &c. quæ erit inreuocabilis.

quia si sanctæ qui tur dex non stomus bus, no terecedi pro hor

Iudic

Rin

P Ma

scit

nisi pate

Noe, it

Secund

nes eni

tribuna

prout g

effuger

importa

& tribu

tribulat

initio m

Arescēt

In diebu

tem & n

mori, &

O quam

bis uie

quia si beata Virgo, & omnes sancti, & sanctæ rogarēt in iudicio pro aliquo, qui tunc esset in peccato mortali, iudex non exaudiret eos. Vnde Chri-

Chriſoſ

Pro

*Iudicium timendum est propter
quinque.*

Primo quia impræmedicabile .
P Matt . De die illa , & hora nemo
 scit, neque angeli angelorum,
 nisi pater solus. Sicut autem in diebus
 Noe, ita erit & aduētus filij hominis.
 Secundo quia ineuitabile. Cor. 5. Om-
 nes enim manifestari oportet ante
 tribunal Christi, ut referat unusq;sq;
 prout gessit &c . Sap. tuam manum
 effugere impossibile est . Tertio, quia
 importabile propter nimiam angustia
 & tribulationem. Matt. Erit enim tūc
 tribulatio magna qualis non fuit ab
 initio mundi usq; modo neq; fiet. &c.
 Areſcētibus hominibus &c. Et Apoc.
 In diebus illis quærent homines mor-
 tem & non inuenient, & desiderabunt
 mori, & mors fugiet ab eis. Et Grego.
 O quam angustæ erunt undiq; repro-
 bis uie &c. hanc auctoritatem uide in

Mat. 24

2. Cor. 5

Sap. 16

Mat. 24

Luc. 20

Apoc. 9

Grego.